

DE GRATIA ET VIRTUTIBUS.

1. Quid sit vera hominis iustitia et sanctitas coram Deo, ex fontibus revelationis exponitur.
2. Existit ergo accidens quoddam physicum, per se permanens, novae regeneratorum vitae principium intrinsecum et primum, quo peccata vere delentur et donum increatum confertur.
3. Haec sacrificans gratia debitum atque proportionem excedit non solum naturae humanae sed etiam cuiuslibet substantiae finitiae.
4. Eadem gratia augeri potest et amitti; amittitur autem omni et solo peccato mortali.
5. Per hanc gratiam iustus efficitur filius Dei adoptivus et divinae naturae consors.
6. Spiritus sanctus analogia imperfecta ita est anima totius corporis Christi mystici, ut gratia creata in iusto recepta sit unica causa formalis iustificationis.
7. Actus fidei salutaris est assensus intellectus in verum a Deo revelatum propter auctoritatem Dei revelantis.
8. Hic actus est essentialiter obscurus, liber, supernaturalis, infallibilis, firmus super omnia, rationabilis, et adulto peccatori necessitate medi i necessarius ad salutem consequendam.
9. Actus spei theologicae est desiderium fiduciale beatitudinis aeternae cum auxilio divino obtainenda.
10. Spes theologica est firmissima; cui tamen timor coniunctus esse debet.
11. Actus caritatis theologicae est propter absolutam bonitatem Dei amici et primario erga ipsum Deum, secundario vero erga creaturam rationalem beatitudinis capacem.
12. Fides, spes, caritas sunt virtutes theologicae quae in prima iustificatione infunduntur.
13. Actus virtutum, qui tam in intellectu quam in voluntate elicuntur sicut a Christiano oportet, objectum habent simpliciter supernaturale et ideo ipsi quoad entitatem sunt simpliciter supernaturales.
14. Hi actus liberi in alios intellectus et voluntatis actus secundos, vitales, principales, pariter supernaturales reducuntur qui a solo Deo tamquam a principio productive proportionato procedere possunt.

De gratia et virtutibus sequitur.

15. Existit gratia actualis ita in actu primo efficax ut libertatem a necessitate non tollat.
16. Efficacia gracie non videtur explicanda per praedeterminationem physicam, neque per victricem delectationem, sed per vocacionem congruam.
17. Existit gratia actualis vere et more sufficiens.
18. Nemini adulto Deus denegat gratiam vere sufficientem.
19. Non omnia opera quae facit homo in statu peccati aut infidelitatis sunt peccata; imo etiam sine auxilio gracie homo lapsus actus moraliter bonos ponere potest.
20. Homo lapsus sine auxilio gracie omnia pracepta legis naturalis diu servare non potest, ne quoad substantiam quidem.
21. Ad gratiam iustificationis suscipiendam adultus per actus fidei atque aliarum virtutum sese preparare debet.
22. Quae positiva preparatio naturales vires excedit; ideoque ad ipsum fidei initium salutisque desiderium interna gratia est absolute necessaria.
23. Iustus bonis suis actibus vere meretur vitam aeternam, et quidem de condigno.
24. Venialia peccata omnia iustus sine speciali privilegio evitare non potest; mortalia vero omnia evitare ita potest, ut in accepta iustitia sine speciali Dei auxilio diu perseverare non possit.
25. Ipsa actualis perseverantia usque in finem est magnum Dei donum et singulare beneficium.